1532. n. 4 Junii

# Legatio a Sigismundo Primo Rege Poloniæ ad Joannem Regem Ungariæ ac ad Ludovicum Gritti Gubernatorem Ungariæ.

De negotio Concordiæ et Pacis Valachiæ data Laurentio Miszkowski Castellano Biecen. Die 4. Junii Anno Dni 1532.

131

Post dictam salutem Orator ista verba faciet.

Serenissime Rex etsi Mtas Domini mei Serenissimus Dominus Poloniæ Rex, plurima aliâ certissima habeat documenta integerrimi erga se amoris Mtis Vestræ Serenitatis, hanc tamen inter cetera, et maximum et honestissimum, propensionis illius erga se judicium agnovit, quod Mtas Vestra Serenitas in hoc bello quo Vojevoda Valachiæ Mtem suam temere et ex insperato lacessivit, aliquoties diligenter, operam fecerit, ut suscepta belli ratio ad concordiam et æquas conditiones pacis inter Mtatem suam et Vojevodam Valachiæ reducatur, pro qua amica Mtis Vestræ Serenitatis voluntate et fraternæ amoris officio multum se ipsi debere Serenissimus Dominus et Rex meus profitetur, et nunc hoc loco amplissimas

illi ob eam rem, agit et habet gratias.

Nam et si propter offensae gravitatem minime deposcenda Vydae Moldaviae amicitia Alti suae videatur, benevolentia tamen gratuita, et sincera rectum, eo in re Alti Vrae Suae propositum non potest, illi non esse gratissimum.

Non dubitat Altas Domini Mei declaratum jam esse Alti Vestrae Suae, quam contumaciter Vda Valachiae, sit abusus et Alti Vestrae Suae benevolentiam et Sui Domini Vri benignitate ut non dubitaverit eam, Judiciar conditionem rejicere, quam et ipse medio Alti Vestrae Oratoris suo Nomine optavit, et Altas Dominationi mei ex persona sive Alti Vestrae, ampliori tempore adauctam concesserat, qua illius pertinacia et hostili adversum se animo, permota Altas sua, ceperat quidem ea in mente concipere et agitare, quibus et injuriam vindicare, et contemptum illatum, justa vice referre hosti posset. verum cum Orator ab Illmo Domino Ludovico Gritti de mandato Imperatoris missus, ad suam Altem nuper, cum literis venisset quibus illius Itas suo, et Imperatoris Turcor nomine Altem suam ad amplectendam

cum hoste Concordiam, quae tractari in Aula Altis Vestrae; deberet postulavit, Altas sua Sma, ne vel Imperatoris Turcici desiderio, cumque ictum foedus habet. deesse, vel Altis Vrae Smae, arbitralem Personam declinare velle videretur, me ad Altam Vram Smam, cum certis mandatis et certa facultate, misit, ut hic in Aula illius et in praesentia Domini Ludovici Grutti de conditionibus Pacis, et injuriis atque damnis illatis, cum Vdae Oratoribus, si qui erunt transigerem, quam injunctam mihi Provinciam, sum paratus ego exequi, quandocunque Altis Vrae Smae, opportunum fuerit visum,

Ceterum quia Smus Dominus Rex meus memoria retinet, esse quasdam veteres sui Regno cum isto Altis Vrae Smae, Ungariae Regno, depactas inscriptiones, quae id continent, ut omnes quae quandoque de re quapiam inciderent Regno Poloniae, cum Vda Valachiae controversiae, ad arbitrium Regis, qui pro tempore, hujus Regni gubernationi, praeesse contingeret deferantur, Altam Vram Smam, rogat ut eas inscriptiones, mente revolvere vellit, et eum favorem, quem vicino Regno et personae Altis suae alius quispiam, Rex praestaturus esset, Altas Vrae

pro affinitate

que mutuo illi cum Alte sua, intercedit, et se- cundum receptas, inscriptiones Tractui praestare vellit, quod vicissim Altas sua omni benevolentia Fraterna, et amicis officiis Alti Vrae se relaturi pollicetur.